



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolæ Præpositorum Generalium Ad Patres Et Fratres Societatis Jesu

Oliverius, Horatius

Pragae, 1711

XIII. Ejusdem ad Provinciales Societatis. Anno 1599. in Majo. De modo
instituendarum Missionum

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55386](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55386)

Præpositorum Generalium
Societatis JESU

XIII.

R. P. N.

CLAUDI
AQUAVIVÆ

Præpositi Generalis V.

Octava,

Ad Provinciales Societatis

Anno 1599. in Majo.

*De modo Instituendarum Mis-
sionum.**Prefatio, I.*

CUm Missionum ministerium
solum sit vocationi atque In-
stituto nostro maximè consentane-
um (unde & in Congregationibus gene-
libus, atque in hac præsertim ultima, tanto
opere nobis earum cura demandatur) se-
ingenti passim, quæ Dei est benignitas, cum
animarum fructu ad spiritualem, non pro-
vatorum hominum tantum, sed integrarum
et-

etiam urbium, civitatumque consolationem exerceatur; cumque spiritualis hæc proximorum necessitas major in dies appareat ob penuriam hominum, à quibus erudiantur & adjuventur; tametsi aliàs sæpe tum litteris nostris, tum indulgentiarum, quas hoc nomine obtinueramus, occasione hortati Superiores sumus, ut accensum in Nostris hoc studium, spiritumque excitare ac fovere nitantur; Missionesque in suis Provinciis, pro cujusque facultate crebras instituunt; attamen re sæpius Domino commendata, & cum Patribus Assistentibus deliberata, novum quoque nunc stimulum addendum censuimus; novumque in omnium animis ardorem resuscitandum; prolati simul in medium rationibus, modisque quibus tam sanctum, & tam fructuosum opus stabiliri posse videatur.

2. Et quia nonnulli abierunt anni, *Singuli Patres aliquam quotannis missionem obeant.*
 cum integras hac de re litteras dedimus ad singulas Provincias, omnes hortando, ut magno animi studio ministerium hoc complectantur; operæ pretium fuerit, si R. V. nè in iisdem nunc hæream, relegendas curret, quas mense Augusto anno 1594. scripsimus, quia cupio prorsus, ut quam efficacissimè poterit, spiritum hunc Missionum in suis accendere, ac magis magisque inflam-

flammare studeat. Ut igitur in praxi
 púsque res faciliùs deducatur, expedire
 detur, ut singuli Sacerdotes nostri (iis
 ceptis, qui vel propter infirmitatem, vel
 aliud iustum impedimentum idonei ad
 præstandum R. V. non videbuntur) Mis-
 sionem aliquam deinceps quotannis per-
 ces obeant, nullúsque ex iis qui præ-
 id possunt, eximatur. Ac primi in hoc
 nere sint Professi, ad quos professionis
 us causâ propriè magis spectat hoc
 citium: quique aliis exemplo hac in re
 & duces se illis præbere debent. Quos
 qui fortasse vel propter ætatem, vel
 pter valetudinem, occupationésve alia-
 giores obire Missiones nequeant, non
 circo prætermitti debet, quin breves
 aliquas suscipiant paucorum dierum,
 locis propinquiorebus juxta vires, & sta-
 tatem uniuscujusque.

Modus ad 3. Modus autem eundi in Missionem
missionem istis ad animas juvandas, uberiorémque
eundi. étum colligendum, is erit, quo Apostoli
 utebantur, ut bini eant, & quoad fieri
 terit pedibus iter faciant, sicut alias cop-
 siùs scripsimus litteris 12. Maji, anno 1551
 datis, quas nunc etiam legere licebit, nec
 dem repetamus.

Porro ut difficultas omnis tollatur

nè unquam desint, qui ad Missiones has destinari possint; atque ut ineatur stabiliturque ratio, qua prompti paratique semper sint ad hoc ministerium, cupimus ut è singulis Societatis domiciliis aliqui, ac duo saltem circa Missiones occupentur: qui si per vices cum iis operariis mutabuntur, qui domi resident, facile ad manum semper erunt, qui Missiones obeant: & quia vicissim alii atque alii foris versabuntur, non magno erunt oneri Collegiis.

4. Sed quia non ignoramus, quàm difficile esse soleat, ut moveantur è Collegiis operarii qui in iis habitant, unde retardari, & impediri ex parte Missionum usus solet, minùs certè frequentes fiunt, quàm & Instituti nostri, & fructus ipsius causâ optandum esset; venit in mentem post diuturnas preces, maturasque consultationes, rationem quamdam experiri quæ præter alias varias utilitates, multum, ut in Domino speramus, sanctum hoc opus promovebit; nimirum ut R. V. in sua Provincia duo vel tria loca designet ex iis quæ Collegia non habent, ubi cum bona civium & Prælati venia, Residentiam ad tempus collocet, quæ Missionibus tantummodo deserviat, tum ejusce loci, tum vicinorum, ità ut mutari subinde possint hujusmodi Residentiarum sedes, atq;

ex

In quibus locis instituende.

ex uno loco in alium transferri, quo pluribus locis profint, nè paucis aliquot oppidibusque circumscribantur.

In his Residentiis vivere Nostros eleemosynis oportebit perinde ac in Doctus Professis. Quod si locus quispiam aptus alioqui & opportunus censeatur, neus non erit ad eos eleemosynis sustentandos qui sedem in illo fixerint, quod vix continget, præcipue si Nostri, curare debent, eo victu, qui pauperes ceat, contenti erunt, nec superfluas comeditates confectentur; tum R. V. parare poterit, à piis personis, Prælatibus eleemosynam quampiam, qua illorum cessitati subveniat.

In singulis ergo Residentiis octonimum esse oportebit, sex Sacerdotes binis Fratribus, quorum quatuor per circum loca, bini ac bini proficiscant. Deinde stans temporibus juxta Superioris præscriptum ad Residentiam redeant, quo commorentur, aliis vicissim foras gentibus. Superior autem, qui Residentiæ præficietur, spiritu fervens esse debet ac rerum peritus, ut Missiones quò & quò diu rectè instituat. Sacerdotes itè qui Residentiis agent; mutandi post aliquod tempus erunt, aliique in eorum locum substituantur.

stituendi ex iis qui in Collegiis versantur: sic enim ex æquo distribuuntur labores, & singulis locus dabitur atque occasio fructificandi.

5. Ceterum necessarium ducimus, ut R. Vestra iis, qui ad Missiones ibunt, & in Residentiis hærebunt, disertè inhibeat, nè de novis Collegiis erigendis ullo modo tractent, aliorumve sermones audiant, quia è re Societatis in præsentia non videtur augeri numerum Collegiorum. Quod si fortè in aliqua civitate Domûs Professæ erigendæ sese occasio præbeat; V. R. erit monere Nos, quibus in animo est, si commoda omnia fuerint, eam acceptare.

Non agatur de novis Collegiis erigendis.

6. Denique ut fructum, quem ex Missionibus istis speramus, primo quoque tempore consequamur, cupio ut R. V. simul atque has litteras acceperit, cum suis Consultoribus deliberet de modo ac ratione exequendi quæ diximus: seligat è sua Provincia decem aut duodecim Sacerdotes, qui idonei sint Missionibus obeundis, eorumque pro consolatione nostra, nomina ad nos mittat, ac locorum simul quæ ad Residentias designabit.

Commendatur prædictorum executio.

7. Addam ad extremum quod hujus argumenti occasione visum est suggerendum, ut meminerit R. V. diligenter curandum

286 Ep. XIII. R. P. N. CLA. AQ. 8. De
dum esse, ut Professi in primis, tum et
etiam qui ad Societatis gradus promo-
turi, doctrinæ Christianæ quadraginta
peragant. Quod ipsum ad Missiones
rarios R. V. suppeditabit, præterquam
Professi ejus memores, quod in professo-
sua promiserunt, curæ cordique habere
bent Doctrinæ tradendæ ministerium,
quam ipsorum proprium & B. P. N. I. G.
r 10 primisque Patribus tanto cum fru-
atque ædificatione celebratum: quod
quidem exemplum amplecti, & omni
& diligentia imitari cum divina gratia
bemus. Romæ in Majo, 1599.

RR. VV.

Servus in Christo

CLAUDIUS AQUAVIVA